

De Venere et eius figura c. 5 fol. 6^v

Vel dic quod Cupido filius Veneris est amor carnalis filius voluptatis ... Cecus autem iste deus pingitur ..., quia amor ita solet se ponere in pauperem sicut in divitem, in turpem sicut in pulchrum ...

Nihil enim est cecius homine inflammato amore alicuius persone vel alicuius rei.

Unde dicit Seneca, quod amor nescit iudicium.

Cupido: qui est deus amoris et filius Veneris, filius voluptatis et carnalitatis amator; et cecus hic deus pingitur, quia sic amor quandoque ponit se in paupere sicut in divite et ita in turpi ut in pulchro.

Nescit enim amor iudicium Nichil enim cecius aliquo estu amoris alicuius inflammato exemplo Medee et Tisbe etc.

Unde dicitur: igneus ille furor nescit habere modum

T. Verd(ensis) probavi quandoque. Ceres: hec fuit Siculorum regina sapientissima, que agrorum primo invenit culturam, quos homines colere et semen extrahere et terere docuit, qui prius glandibus nutriebantur, et inter deas consecrata est.

T. Verd(ensis) Electus.

De Hercule c. 16 fol. 14

Hercules fortissimus pingebatur quidam gigas magnus pelle leonis indutus, clava maxima quam tenebat in manu armatus.

Hercules: hic fortissimus pingebatur quidam gigas magnus pelle leonis indutus et clava maxima quam tenebat in manu armatus etc. et vocatus a vulgaribus domitor orbis⁶²⁾ et inde invictus; Hercules, ut in historiis sanctorum legitur, inter deos consecratus, et post mortem ipsum Herculem pro deo coluerunt.

T. Verd(ensis) Electus.

De Venere et eius figura c. 5 fol. 6

Pingebatur igitur Venus puella pulcherrima nuda et in mari natans et in manu concham marinam continens, que rosiserata ornata et a columbis circumvolantibus comitata, Vulcano, deo ignis, rustico turpissimo in coniugium assignata; ante quam stabant tres nude iuvenule, que tres Gratie vocabantur, quarum duarum facies ad ipsam converse erant,

Venus: hec pingebatur virgo pulcherrima nuda et in mari natans, in manu dextra concham marinam continens, que rosis erat ornata et columbis circumvolantibus comitata, Vulcano, deo ignis rustico turpissimo in coniugium assignata etc. que habet tres puellas nudas ante se,

⁶²⁾ Vgl. Seneca, Hercules, v. 619: *domitor orbis*.